Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

guere. Quoniam igitur quæ subsidia nouitatis haberes: & habere posses exposui. Nunc de magnitudine petitionis dicendum videtur. Consulatum petis quo honore nemo est qui te non dignum arbitretur sed multi qui inuideant. Petis enim homo ex æquestri loco locum summum ciuitatis atq; ita summum. vt forti homini: diserto: innocento multo idem ille bonos plus amplitudinis q̃ cæteris afferat. Noli putare eos qui sunt eo honore vsi non videre tu quum idem sis adeptus quid dignitatis habiturus sis: eosve ro qui cõsularibus familiis nati locum maiorum cõsecuti non sunt suspicor tibi nisi qui admodũ te amãt inuidere: etiam nouos homines prætorios existimo nisi qui tuo beneficio vincti sunt nolle abs te se honore superari. Iam in populo q̃ multi inuidi sunt: q̃ multi consuetudine horum annorum ab hominib⁹ nouis alienati: venire tibi in mentem certe scio esse etiã nonnullos tibi iratos ex his causis quas egisti necesse est. Iam illud tu te circunspicio. q̃ ad Cn. Pompei gloriam augendam tanto studio te dedisti: num q̃ tibi putes ob eam causam esse amicos. Quobrem quum & summum locum ciuitatis petas: & viceas esse studia quæ tibi aduersentur: adhibeas necesse est omnem rationem & curam & laborem & diligentiã in petitione magistratuum: quarum altera in amicorũ studiis. altera in populari voluntate ponenda ẽ. Amicorum studia beneficiis & officiis & vetustate & facilitate: ac iocunditate natura parte esse oportet: sed hoc nomen amicorum in petitione latius patet q̃ in cætera vita. Quisquis est enim qui ostendat aliquid in te voluntatis. qui colat qui domum ventitet is in amicorum numero est habendus. Sed tamẽ qui sunt amici ex causa quæstoriæ cognationis aut affinitatis aut sodalitatis aut alicuius necessitudinis his earũ: ac iucundum esse maxime prodest deinde vt quisquis optimus ac domesticus maxime vt is amet quicq; fidelissimum esse te cupiat valde elaborandum puto: vt tribules: vt vicini: vt clientes: vt denicq; liberti postremo & seruitus Nam fere omnis sermo ad forensem famam a domesticis emanat auctoribus: deinde sũt instituendi cuiuscunq; generis amici ad speciem hominis illustris honore ac nomine qui etiam si suffragandi studia non nouerint tamen afferunt petitori aliquid dignitatis ad iusticiam obtinẽdam Magistratus ex ciuibus maxime consules: deinde tribu. plæ. ad conficiendum centurias homines excellenti gratia qui abs te tribunatum: aut centuriam. aut aliquod beneficium: aut haberent: aut vt habeãt sperent eos prosus magnopere compara & confirma: nam per hos annos homines ambitiosi vehementer omni studio atq; opere laborarunt: vt possent a tribulibus suis ea quæ peterent impetrare. hos tu homines quibuscũq; rationibus poteris vt ex animo: atq; ex illa summa voluntate tui studiosi sint laborato. Quod si satis grati homines essent: ea omnia parata esse debebant: sicut parata esse concemo: nam hoc biennio quatuor sodalitates ciuium ad ambitionem gratiosissimorum tibi obligasti. Furdani. Qu. Galli. C. Cornelii. L. Corfuini. & horum in causis ad te deferendis quid eorum sodales receperint & confirmarint scito. Nam interfirmando: curando: vt intelligant nullum se aliud tempus vnq; habituros restituẽdæ gratiæ: profecto homines & spe reliquorum tuorum officiorum etiam recentibus beneficiis ad studium seruandum excitabuntur. Et omnino quoniam eo genere amicitiæ petitio tua maximæ nunciata est: quo causarum defensionibus adeptus es: fac vt plane in rebus quos deuinctos tenes descriptum ac depositum suum cuicq; munus sit. Et quemadmodum memini qui nulla in re illis vnq; molestus fuisti: sic cura vt intelligant omnia te q̃ ab illis tibi deberi putaris ad hoc tempus reseruasse. Sed quoniam trib⁹ rebus homines maxime ad beniuolentiam aliquam hoc suffragandi studia ducuntur beneficio: spe: adiunctione animi vel voluntate animaduertendum est quemadmodũ cuicq; horum generi sit inseruiendum. Minimis beneficiis homines adducuntur: vt satis causæ putent se ad studium suffragationis dedisse nedum hi quibus saluti fuisti: q̃s tu habes plurimos: & intelligant si hoc tuo tempore tibi non satisfecerint: se probatos nemini vnq; fore: quod quum ita sit: tamen rogandi sunt atq; etiam in hanc opinionem adducẽdi: vt qui nobis obligati fuerint his vicissim nos obligari adhuc videamur posse. Qui autem spe tenẽtur: quod genus hominũ multo est diligentius atq; officiosius: his fac vt ꝓpositu ac paratum auxilium tuũ esse videatur: denicq; vt spectatorem te suorum vel officiorum esse intelligant diligentem: vt videre te plane: atq; animaduertere q̃ tum ab vnoquoq; ꝓficiscatur appareat. Tertium illud genus est studiorum voluntarium quod agendis gratiis accõmodandis sermonibus ad eas rationes ꝓpter quas quisq; studiosus esse videbitur: significando erga illos parivolũtate adducendam amicitiam in spem familia quisq; possit vt scias & quemadmodũ inseruias: & quid a quoq; expectes ac postules. Sunt enim quidam homines in suis ciuitatibus & municipiis gratiosi. Sunt diligentes & copiosi qui etiam si antea studuerint huic gratiæ tamen ex tempore elaborare eius causa cui debent aut volunt facile possunt. His hominum generibus sic inseruiendum est vt ipsi intelligant te videre quid a quoq; expectes: sentire quid accipias meminisse quid acceperis. Sunt autem qui aut nihil possunt: aut etiam odio sunt tribulibus suis nec habent tantum animi aut facultatis aut enitãtur ex tpe. Hos internoscas & videto ne spe in aliquo maiore posita præsidii parum comparetur. Et quãq; partis & fundatis amicitiis fretum: ac munitum esse oportet tamen in ipsa petitione amiciciæ permultæ ac perutiles comparanẽ. Nam in exteris molestiis habet hæc tamẽ petitio cõmodi possis honeste qd in cætera vita nõ queas quoscũq; velis adiungere ad amiciciã: quibus cũ si alio tempore agas vt tevtãtur absurde facere videare. In petitione aũt nisi id agas: & cũ multis & diligẽter nullius petitor eẽ videare Ego tibi hoc cõfirmo esse neminẽ nisi aliqua necessitudine cõpetitorum alicui tuorũ sit adiunctus a quo no facile si contenderis impetrare possis vt suo beneficio promereatur se vt ames: & sibi vt debeas modo vt itelligat te magni existimare & animo agere bñ se ponere fore ex eo non breuem: & suffragatoriã. sed